Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8263
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

irca corpus xpi vij dubitabilia occurrerunt quibus spe cialiter ypi heretici siue pactarini vtuntur vnde ipsis est respondendum per racones infra scriptas

rimum dubium est quomodo potest esse quod ex pane fiat caro et ex vino fiat sanguis

ecundum dubium est Quomodo in tam modica forma panis comprehendatur corpus xpisti cum in eo quod deus repleat totum orbem

ercium est cum corpus xpi sit vnum quomodo potest fieri quod in tot locis per mundum cottidie sacrificatum vbique sit vnde multa sunt corpora xpi

uartum est quod a tanto tempore comestum est corpus xpi si montes essent non debuisset aliquid remanere

uintum est quod corpus xpi sit mobile cum tam diuersis locis sacrificetur et tractetur

extum est cum alia forma panis sit corpus xpi et alia forma frangatur ergo corpus xpi frangitur et corrumpitur et sic frangendo peccamus

eptimum est quomodo ex tali materia fiat corpus cristi ex tam vili forma tam ineffabile sacramentum

D primum rndetur taliter per exemplum non est mirum si panis ille in altari conuertatur in carnem et vinum in sanguinem cum eciam panis materialis et vinum materiale que et quod sumimus omni die in carnem et sanguinem et in substanciam nostri corporis conuertatur

D scdm sicut oculorum pupilla tam parua comprehendat totum vnum montem et cor hominis ita modicum totum orbem celum et terram et mare capiat Considerando et cogitando illo non est absurdum dicere quod in illa modica forma totum corpus xpi comprehendi non possit

D tercium sicut vnus sol simul et semel totum mundum illuminat Et illuminando remanet vnus Sic corpus xpi per vniuersum mundum diffusum vnum remanet Idem exemplum quod de verbo quod ab vnius verbo sonat in aure multorum

D quartum sicut sol materialis lucet in terram commiscetur cum aqua et luto neque tota illa materia augetur sole presente nec minuitur ipso recedente

D quintum sicut in speculo materiali resultans ymago in liberis secundum motum rerum faciei mouetur licet speculum fixum sit et non mutetur Et videntur due facies et non sunt nisi vna sic corpus xpi vnum est et immobile est

D sextum sic corpus xpi non rumpitur licet panis qui est corpus xpi frangatur vt patet in hoc exemplo Accipe speculum magnum et prospice resultabit in ea facies tua si autem frangatur tot facies apparebunt quot partes fuerint de fracto speculo vnum tamen vna est facies licet multiplex videatur nec rumpitur facies licet ruptum sit speculum in quo sunt eadem et vnica remanet facies

D septimum sic quod ex tali materia et tam vili forma procul dubio corpus xpi efficitur nec hoc cadere potest a racione fidei cum videamus quod nobilius et gloriosius ex re minus nobili et minus gloriosa efficiatur Ex cinere enim fit vitrum per quod radius solis absque eius corrupcione pertransit Item nec est istud inpossibile diuine potencie panem scilicet in suum corpus transsubstanciare et hominem de limo terre formauit et gloriosa corpora de tam vili materia ducit ad celum que quidem corpora glorificata in eterna beatitudine ineffabiliter effulgebunt